



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pavlvs Papa IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet probentur, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, pro subuersis & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi Curia seculari tradi, & per ipsam Curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia pœinde ac si vere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret. Nō obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscūq;. Vt autem præmissa omnia ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusq; de illis ignorantiam prætere, ac se legitime excusare possit, Volumus & dicta auctoritate decernimus, quod presentes littere, seu eorum transumptum, cui si manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitum fuerit, eam prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi statuimus, quæ ipsis literis adhiberetur, si originaliter exhiberentur, in eadem Curia per aliquos cursores nostros in Basilica Principis Apostolorum, & Ecclesię Lateranen. de Vrbe, ac cancellarij Apostolicę Valuis, & Acie campi Florę, vt moris est: extra Curiam vero prædictam, modo & forma per venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, alios Ecclesiarum prelatos, quibus in virtute sanctę obedientię per eandem præsentem mandamus, vt litteras, siue transumptum huiusmodi vbique per eorum prouincias, dioceses, & ecclesias sincera caritate publicent & publicari faciant, statuendis, publicentur, eorum exemplo in singulis locis, in quibus publicatio ipsa fiet, affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę requisitionis, monitionis, absolutionis, liberationis, dispensationis, iudicij, abolitionis, sanctionis, voluntatis, decreti, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romę apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicę M. D. L. V. Septimo Id. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Fed. Cardinalis Cælius.

To. Barengus.

Barengus.

Anno à Natiuitate Domini M. D. L. VI. Indictione xiiij. Die vero xxij. Mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Pape III. Anno eius secundo, presentes retroscriptę litterę Apostolicę, & publicatę fuerunt ad valuas, seu portas Basilicarum Ecclesiarum Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellarię Apostolicę, ac in Acie Campi Florę, dimissis copijs affixis, vt moris est, per me Thomam Roger presari Sanctissimi Domini nostri Pape Curforem.

Petrus Gomes magister cursorum.

PAVLVS PAPA III.

*Bulla S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Pape III. contra Hereticos, & Schismaticos.*

Iubet innouari, & inuolabiliter obseruari omnes leges, decreta, siue statuta, à Romanis Pontificib. sacris concilijs, & sanctorum Patrum decretis in hereticos, & schismaticos quouis tempore edita, etiam si in litteris Pontificum extrauagantibus continerentur; & si non fuerint in resum præcipit reuocari: vt custodiantur contra quoscunque quacunque auctoritate & honore, vel dignitate existant; & quicunque in heresim aut schisma inciderint, seu excitaauerint, officijs & beneficijs & honoribus quibuscunque sint priuati, & ad illa de cetero sint inhabiles & incapaces, habeanturq; pro relapsis pœinde ac si prius heresim in iudicio publice abiurassent, ydem curię seculari tradantur, nisi eos de benignitate admittere voluerit sedes Apostolica, & ob heresim et schisma prædicto modo vacata beneficia, intra tempus a iure statutum idoneis personis conferantur, multę in fautores & complices hereticorum, & schismaticorum pœna statuantur. & quicunque quacunque dignitate in heresim aut schisma ante suam ad aliquam dignitatem promotionem, incidisse compertus fuerit, eius promotio etiam ad Patrum nulla sit, neque ei obediatur, sed licet ei omnis fidelitas subtrahatur, inuocato cõtra eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Paulus Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam:

Edita anno Domini 1558.  
Ex bibliotheca nostra.

**C**V M. ex Apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Domini gregis nobis immineat generalis; exinde teneamur pro fideli illius custodia, & salubri directione, more vigilis Pastoris, assidue vigilare, & attentius providere: vt qui hac ætate, pœccatis exigentibus, proprię prudentię innitentes licentius & perniciosius solito contra orthodoxę fidei disciplinam insurgunt, & superstitionis, ac fictitijs adinventionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruercentes, Catholicę Ecclesię vnitatem, & inconfutilem Domini tunicam scindere moluntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continent, qui discipuli veritatis esse contemnant: Nos considerantes rem huiusmodi adeo grauem & periculosam esse, vt Romanus Pontifex, qui Dei & Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, & super gentes, & regna plenitudinem obtinet potestatis, omnesque iudicat, a nemine in hoc sæculo iudicandus, possit si deprehendatur à fide deuius redargui, & quod vbi maius intenditur pericu-

**A** periculum, ibi est plenus & diligentius consulendum, ne pseudoprophetæ, aut alij etiam secularem jurisdictionem habentes simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabileque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta in loco sancto videre, cupientes quantum cum Deo possumus pro nostro munere postaroli vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere; ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamus cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu omnes, & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & penas à quibusuis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis etiam per eorum litteras extrauagantes, seu sacris Concilijs ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patris decretis, & statutis, aut sacris canonibus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contra hæreticos, aut schismaticos quomodolibet latas & promulgatas, Apostolica auctoritate approbamus, & innouamus, ac perpetuo obseruari, & in vtriusque obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere: necnon quoscunque qui hæctenus à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commississe deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu, quod Deus pro sua clementia, & in omnes bonitate auertete dignetur, in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commississe deprehendantur, aut confitebuntur, seu conuincuntur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori dignitate ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, & Apostolicæ sedis vbiuis locorum tam perpetuæ, quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & penas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus considerantes dignum esse, vt qui virtutis amore à malis non abstinent, metu penarum ab illis deterreantur, & quod Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis homo exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, præuaticando grauius ceteris peccant, cum non solum seipsum perdant, verumetiam alios innumerabiles populos eorum curæ & regimini creditos, seu alijs eis subditos, secum in perditionem & peritum interitus trahant, de similibus consilio, & assensu, hac nostra in perpetuum valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de Apost. potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, & diffinimus, quod sententijs, censuris, & penis prædictis in suis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hæctenus, vt presertim deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse excitasse, vel commississe deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, & in posterum deuiabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent, & deuiasse, seu in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commississe deprehendantur, aut confitebuntur, seu conuincuntur, cum in hoc inexcusabiliores ceteris reddantur; vltra sententias, censuras, & penas prædictas, sint etiam eo ipso absque aliquo iuris aut facti ministerio suis ordinibus, & cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatibus ecclesijs, ac Cardinalibus honore, & cuiusuis legationis munere, necnon voce actiua & passiuâ, omnique auctoritate, ac monasterijs, beneficijs & officijs ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, et administrationem, aut alias quomodolibet obtinuerint, et in quibus, vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibusuis fructibus, et redditibus, et prouentibus annuis super similibus fructibus, redditibus, et prouentibus eis referuatis, et assignatis, Comitatus quoque Baronis, Marchionatus, Ducatus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum perpetuo priuati, & ad illa de cetero inhabiles, & incapaces, habeanturque pro relapsis, & subuersis in omnibus & per omnia perinde, ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllò vnquam tempore ad eorum pristinum statum, aut cathedrales Metropolitan. Patriarchales, & Primatiales ecclesias, seu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem actiuam, vel passiuam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel Comitatus, Baronis, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitati possint: quinimmo secularis relinquuntur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis verè penitentia indicijs, & condignæ penitentia fructibus ex ipsius sedis benignitate, & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulati loco ad peragendum perpetuam in pane doloris & aqua melleæ penitentiam retrudendi visi fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentie existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, & excellentia

Vide ad materiam huius re-scripti Eymericum p. 2. q. 48.

pollenti-

e. excommuni-  
catus i. S. cre-  
dentes.

Pœna pralato-  
rum & Pontifi-  
cum canonicè  
non electorum  
qui prius fue-  
runt hæretici,  
vel schismatici.

pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales evitari, omnique humanitatis solatio destitui de-  
beant. Et qui ius patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales etiam Metropolitan.  
& Patriarchales, ad Primatiales ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica per priuatio-  
nem huiusmodi vacantia habere prætulerint, ne illa diutina vacationis exponantur incommodis, sed  
de seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populis in semitas iustitiae  
fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas  
infra tempus à iure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis,  
seu pro tempore existenti Rom. Pontifici præsentare: alioquin tempore huiusmodi elapso, plena & li-  
bera ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio, ad nos, & Rom. Pontifi-  
cem prædictum, eo ipso pleno iure deuoluatur. Et insuper qui ipsos sic deprehensos, aut confessos, vel  
conuictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, seu eorum dog-  
mata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque  
infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuntio, aut procuratore aliquo ad publica, sed priuata officia  
aut consilia, seu synodum, vel consilium generale, vel prouinciale, nec conclave Cardinalium, aut ali-  
quam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium pethibendum admittan-  
tur; nec admitti possint: sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successorem accedant: nullus præ-  
terea cogatur eis super aliquo negotio respondere, Quod si forsitan iudices extiterint, eorum senten-  
tiam nullam obtineant firmitatem, nec aliqua causa ad eorum audientiam deducatur: & si fuerint  
aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint instrumenta conse-  
cta per eos nullius sint penitus roboris, vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis ecclesijs,  
etiam Cathedralibus, Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monasterijs,  
beneficijs, & officijs ecclesiasticis etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, &  
tam ipsi, quam laici, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis præditi quibuscunq;  
Regnis, Ducatibus, dominijs, feudis, & bonis temporalibus per eos possessis priuati existant eo ipso,  
Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturque  
iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, si in sinceritate fidei unitate S. R. E. ac sub  
nostra & successorum nostrorum Ro. Pontificum canonicè intransant obedientia fuerint. Adijcien-  
tes quod si vllò vnquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo, seu Pa-  
triarcha, vel Primatem se gerentem, aut prædictæ Rom. Ecclesiæ Cardinalem, etiam vt præfertur, Leg-  
atum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem seu Rom. Ponti-  
ficem assumptionem à fide catholica deuiasse; aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse,  
vel excitasse, aut commisisse, promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium  
Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionem muneris, consecrationis  
aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Rom. Pontificis in-  
thronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cuiusvis temporis  
in præmissis cursum conualuisse dici, aut conualescere possit, nec pro legitima in aliqua sui parte ha-  
beatur, nullamque talibus, in episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis,  
seu in Cardinales, vel Rom. Pontificem assumptis in spiritualibus, vel temporalibus administrandi fa-  
cultatem tribuisse, aut tribuere censeatur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, ge-  
sta, & administrata, ac inde secuta quæcunq; viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec ius  
alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, & assumpti eo ipso absque aliqua desuper facienda declara-  
tione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, & potestate priuati: liceatque omnibus  
& singulis sic promotis, & assumptis, si à fide antea non deuiassent, nec hæretici fuissent, neq; schi-  
sma incurrisserint, aut excitassent, vel commisisserint subditis personis tam clericis secularibus, & regu-  
laribus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus etiam qui electioni ipsius Pontificis antea à fide de-  
uij, aut hæretici, seu schismatici interfuerunt, seu alijs consenserint, & ei obedientiam præstiterint,  
eumque adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus etiam Almae Urbis nostræ, & totius  
status ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautio-  
ne obligatis, & obnoxij ab ipsorum sic promotorum, vel assumptorum obedientia & deuotione im-  
pune quandocunq; recedere, eosque vt magos, ethnicos, publicanos, & hæresiarchas euitare, eisdem  
subditis personis fidelitati, & obedientiæ futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum,  
Primatum, Cardinalium, & Ro. Pontificis canonice intransant nihilominus astrictis remanenti-  
bus, & ad maiorem ipsorum sic promotorum, & assumptorum, si eorum regimen, & administratione  
continuare uoluerint, confusionem, contra eosdem sic promotos, & assumptos auxilium brachij secu-  
laris implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum, & assumptorum fidelitate, & obedi-  
entia, præmissorum occasione recedentes, tanquam tunica scissores aliquarum censurarum,  
necnon priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Pri-  
matibus, & Cardinalibus, ac quibusuis alijs sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac eum quibusuis  
clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,  
seu etiam consistorialiter, aut alijs quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, &  
innouatis, ac etiam in corpore iuris plausis, necnon in quibusuis capitulis conclapjs etiam iuramento,  
aut

**A**ut confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & per nos ipsos iuratis, quibus omnibus eorum tenores presentibus pro expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Ut autem presentes littere ad omnium quorum interest, notitiam deducantur, volumus eas, seu earum transumptum, (cui manu notarii publici subscripto, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Basilica Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolicae Valis, atque in Acie Campi Florae per aliquos ex censoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiae affixae dimissionem huiusmodi, sufficere, & pro solenni & legitima haberi, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, innovationis, sanctionis, statuti, derogationis voluntatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, quinto decimo Kal. Martij, Pontificatus nostri anno quarto.

† Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus SS.

† Ego Io. Bellayus Episcopus ostiensis.

† Ego R. Card. de Carpo. Episcopus Portuen.

† Ego F. Car. Pisanus, Episcopus Tusculan. Locus signi.

† Ego Fed. Card. Cessius Episcopus Praen.

† Ego P. Card. Episcopus Albanen. DOMINVS

† Ego R. Card. S. Angeli Maior Paen. MIHI

† Ego T. Card. Crispus.

† Ego Fulvius Card. Perusinus.

† Ego Io. Mich. Card. Saracenus. ADIVTOR

† Ego Io. Card. S. Petalis

† Ego Ia. Card. Puteus,

† Ego Hier. Card. Imolen.

† Ego B. Card. Trauen.

† Ego Diomedes Card. Arianen,

† Ego Scipio Card. Pisarum.

† Io. Card. Reumanus.

† Io. Antonius Card. S. Pancratij.

† Ego Tha. Card. Gaddus.

† Ego Virg. Card. de Spoletio.

† Ego F. M. Card. Alexan.

† Ego Cle. Monilianus Card. Arec.

† Ego G. Asc. Diaconus Car. Cam.

† Ego N. Card. de Sermoneta.

† Ego Ia. Card. Sabellus.

† Ego Hier. Car. S. Georgij.

† Ego Inno. Card. de Monte.

† Ego Aloy. Card. Cornelius.

† Ego C. Cardinalis Carafa.

† Ego Alfon. Card. Neapolitan.

† Ego Vitellorius Card. Vitellius

† Ego Io. Baptista Car. Consiliarius.

Io. Barenus,

Barenus.

P I V S P A P A I I I I.

**B**ulla Sanctissimi D. Nostri Pij divina providentia Papa Quarti, Con-  
cessions facultatis eligendi Notarios in causis officio  
Inquisitionis spectantibus.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

**R**ASTORALIS officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissa, nos affi-  
due incitat, & inducit, ut vigiles sollicitudinis nostrae oculos diligenter circumspectamus,  
ad eaque potissimum nostrae provisionis remedia adhibeamus, per quae sancta & Ca-  
tholica fides, ubique prout debet, conservetur, & augeatur, improbi quoque haeretici illius  
impugnatores, quoad fieri potest, debite compescantur, & comprimantur. Sane pro par-  
te dilectorum filiorum Inquisitorum, & Commissariorum haereticae pravitatis in diversis regnis, pro-  
vinciis, ciuitatibus, insulis, & alijs Christiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expositum  
fuit, quod ipsi in causis sanctae fidei adversus eosdem haeticos prosequendis, personis probatis, &  
idoneis, quae officio notarii in eis fungantur plurimum indigere noscuntur. Unde officio ipsius Inqui-  
sitionis, tum propter ipsorum notariorum penuriam, tum quia plerique officium huiusmodi tan-  
quam odiosum exercere recusant, ne illud suscipiendo quemquam offendere videantur, magnam  
incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur nostrae vigilantiae curam adhibere, in praemis-  
sisque opportunè providere volentes, omnibus & singulis haereticae pravitatis Inquisitoribus & Co-  
missariis, in quibusvis regnis, dominiis, provinciis, ciuitatibus, insulis, etiam Graeciae, ceterisque terris  
& locis, in quibus Christiana religio colitur, constitutis, & quomodolibet pro tempore deputatis, quod  
quoties

Edita anno Do-  
mini. 1567.  
Ex Archivio ge-  
neralis Inqui-  
sitionis Roma-  
nae.